PRIVILEGIA
in rem Monetariam,
IOANNIS & CASPARIS GOBELLII, FRATRVM Germanorum.

STEPHANVS DEI GRATIA REX POLONIÆ, MAGNVS Dux Lithuaniæ, Rusiæ, Prusiæ, Masouiæ, Samogitiæ, Kijouiæ, Woliniæ, Podlachiæ, Liuoniæ, &c. ac Princeps Transyluaniæ. Significamus præsẽtibus literis nostris, quorum interest vniuersis & singulis, cuiuscunq; status, cõditionis & præeminentiæ, tàm Spiritualibus, quàm secularibus, subditis nostris · Expositum esse nobis, per certos Consiliarios quosdam nostros, Nobilium Ioannis & Caspari Gobeliorum fratrum germanorum, Subditorũ nostrorũ nominibus, eosdem Serenissimi Principis Domini Sigismundi Augusti, diui Antecessoris nostri temporibus, inuẽtionem quandã, præssuræ monetariæ, in lucem edidisse, ac eiusdẽ præssuræ artificiosum instrumentum, maximis suis sumptibus, confici curasse. Quod cùm in cõmodum Reipub. diuo Antecessori nostro obtulissent, eundem diuum Antecessorem nostrum, eos præclaræ suæ inuẽtionis ergò, ea libertate donasse, quòd nemini liberum esse debeat, eius ipsorum inuentionis vsum sibi vendicare, atque cõmodum illud, quod meritò ad ipsos tanquam eius Instrumenti primos inuentores redundare debeat, ipsis præripere, eoq; præssuræ

E. XVII s. V

por. E. XX s. XIX

E. XVII dod. V. - zaznacza że to w. XVII

E. XX dod. XIX por.

præſſuræ monetariæ genere, in Regno & Dominiis noſtris vti. Quã quidem libertatem ipſis cõceſſam, diuus Anteceſſor noſter literis Priuilegij ſui ſpecialiter muniuerit. Cùm itaque ſupplicatum nobis eſſet, vt dictum diui Anteceſſoris noſtri Priuilegiũ, prædictis fratribus Gobelijs conceſſum, ex Regia noſtra authoritate approbare, ratificare, & confirmare dignaremur. Nos iniquum eſſe cenſentes, quempiam cõmodo, præclaræ ſuæ inuentionis, ab ignauis quibuſdã, quemadmodum apes à fucis melle ſuo congeſto priuantur, defraudari, precibus ipſorum benignè annuendum, memoratumq; diui Anteceſſoris noſtri Priuilegium, præfatis Ioãni & Caſparo Gobelijs fratribus germanis ſolis, ſuper vſu præſſuræ eius monetariæ conceſſum, approbandum, ratificandum eiſq; confirmandum eſſe duximus, prout approbamus, ratificamus, & confirmamus, præſentibus. Quod ad omnium notitiam deducere volentes, omnibus & ſingulis Subditis noſtris, aliiſq; quibuſcunque, in Regno & Dominiis noſtris verſantibus, cuiuſcunque ſtatus, conditionis & præeminentiæ, tàm Spiritualibus, quàm ſecularibus, præſentibus ſeuerè edicimus, ne infra decurſum triginta annorum, à data præſentium, eiuſmodi præſſuræ monetariæ inſtrumentum, in Regno & Dominiis noſtris facere audeant, eoquè quouis modo, in vilipendium præſentis Priuilegij noſtri,

vti præſumant, ſub pœna amiſsionis eiuſdem inſtru menti, & quinque inſuper millium florenorũ Hungaricalium, pro medietate fiſco noſtro, altera verò prædictis fratribus Gobelijs, vel eorum hæredibus & Succeſſoribus irremiſsibiliter eroganda, cuius pœnæ realem executionem eius loci, vbi fortè, quiſquam huius noſtri edicti tranſgreſſor depræhẽſus fuerit, hiſce demandamus. Sub pœna ſuperius ſpecificata, quam in neglectorem eius executionis, præſentibus ſtatuimus. In cuius rei fidem, præſentes manu noſtra ſubſcripſimus, ac eiſdem Sigillum Regni noſtri, ſubappendi mandauimus. Datum Varſouiæ, die xiij. menſis Aprilis. Anno Domini, Milleſimo, Quingenteſimo, Septuageſimo octauo. Regni verò noſtri, Anno Secundo.

Stephanus Rex.

Albertus Baranovvski.

OS AVGVSTVS DEI GRATIA DVX SAXONIÆ, Sacri Romani Imperij Archimareſcallus & Elector, Lãdgrauius Thuringiæ, Marchio Miſniæ, & Burggrabius Magdeburgẽſis, vniuerſis & ſingulis, cuiuſcũq; dignitatis & ordinis

ordinis hominibus, has literas nostras lecturis inspe-
cturisué constare & notum esse volumus: Ioannem
& Casparem Gobelios fratres germanos, quorum
alter Illustrissimi Borussiæ Ducis Ærario præfe-
ctus, alter ciuis Gedanus est, nobis præli monetalis
formulam obtulisse: quam magnis fratrum isto-
rum sumptibus, & sagaci artificis ingenio ita fabre-
factam cognouimus, vt tàm arte, quàm structura
differret ab eiusmodi alijs machinis in Germania,
ad hoc vsque tempus ad argentum sub prælo signā
dum vsurpatis: quas compendio & commoditate

Eodem anno 1578. quo Gobeliis super hac pressura Monetali concessum est indultum, Senatus Regi hanc Informationem offerri jussit:

Postremo Göbelii fratres confirmationem quandam Indulti cujusdam Divi Antecessoris super monetae pressura ab ipsis inventa nobis exhibuerunt. Indultum quidem Antecessoris de quo dicitur nunquam vidimus neque scimus qua ratione vel quibus conditionibus editum fuerit. Monetae vero pressuram non adeo rem novam esse constat ut [illegible] ejus inventionem Gobelii sibi recte arrogare valeant. Nam et ante XX in Germania usurpata res est, et passim nunc usurpatur. Praeterquam quod inceptum illorum jam Privilegio Civitatis vehementer praejudicat, quam cum ingenti Reip. damno conjunctum esse videatur.

quæ inde redire ad

 cos

vti præſumant, ſub pœna amiſsionis eiuſdem inſtru menti, & quinque inſuper millium florenorũ Hungaricalium, pro medietate fiſco noſtro, altera verò prædictis fratribus Gobelijs, vel eorum hæredibus & Succeſſoribus irremiſsibiliter eroganda, cuius pœnæ realem executionem eius loci, vbi fortè, quiſquam huius noſtri edicti tranſgreſſor depræhẽſus fuerit, hiſce demandamus. Sub pœna ſuperius ſpecificata, quam in neglectorem eius executionis, præſentibus ſtatuimus. In cuius rei fidem, præſentes manu noſtra ſubſcripſimus, ac eiſdem Sigillum Regni noſtri, ſubappendi mandauimus. Datum

Va

Mi

Re

ring

burg

ordinis

ordinis hominibus, has literas nostras lecturis inspecturisué constare & notum esse volumus: Ioannem & Casparem Gobelios fratres germanos, quorum alter Illustrissimi Borussiæ Ducis Ærario præfectus, alter ciuis Gedanus est, nobis præli monetalis formulam obtulisse: quam magnis fratrum istorum sumptibus, & sagaci artificis ingenio ita fabrefactam cognouimus, vt tàm arte, quàm structura differret ab eiusmodi alijs machinis in Germania, ad hoc vsque tempus ad argentum sub prælo signãdum vsurpatis: quas compendio & commoditate sua ita superat, vt in hoc genere nihil simile extitisse vnquam videri possit. Quando quidem istius Gobelianæ machinæ vsus, modo homines idonei & in re monetali non plane imperiti adhibeantur, vsque adeó sit expeditus, vt diurna quinque monetariorum opera, tantum nummorum omnis sortis imaginibus bellissimè expressis procudi queat, quantum alias viginti hominum labor, si malleo res peragenda esset, non posset repræsentare. Quin & ad typos sculptiles ita est accõmodata, vt plus vnico die monetalium typorum hac adhibita possit exprimi, quàm tota alias septimana artificis diligẽtis solertia, & manus cælare queat. Quamobrem cùm Gobelianis fratribus, quorum impensis pulcerrimum hoc opus concinnatum & absolutum fuit, meritò omnis illa vtilitas, quæ inde redire ad

eos poterit, quibus monetæ cudendæ ius est, accepto feratur: æquissimum nobis visum est, eorum qui machinæ huius modum omnium primi nobis commonstrarunt, precibus annuere: adeoq; illis literarum nostrarum hac de re testimonium cõmunicare, ne fortè, quæ seculi huius est improbitas & impudentia, Fuci & temerarij nonnuli homines alienis studiis & sumptibus repertam hanc artem sibi vendicent: & iustà laude atque emolumento debito defraudent eos, quorum cura & impensis opus hoc vtilissimum primum prodijt. Quæ cùm ita sint, vniuersos & singulos officiosè, amanter, & benignè, prout postulat vniuscuiusque conditio, rogamus & requirimus: vt hanc literarum nostrarum testificationem apud se valere plurimum sinãt, & Gobelianos fratres fauore & beneuolentia sua complecti atque tueri velint. Qua ex re non modo fructum & voluptatem magnam capient: Sed nobis etiam, qui Gobelianos fratres commendatissimos omnibus esse cupimus, gratissimum facient. In cuius rei fidem literas has nostras Chirographo & Sigillo nostro muniri placuit. Quæ datæ sunt Annæpyrgi: Idibus Octobris: Anno à Saluatore generis humani nato: Millesimo, Quingentesimo, & Octuagesimo.

Augustus Elector.

SIGISMVNDVS TERTIVS, DEI GRATIA REX POLONIÆ, MAGNVS Dux Lithuaniæ, Rusiæ, Prusiæ, Masouiæ, Samogitię, Liuonięq;, &c. nec nõ regni Sueciæ proximus hæres, & futurus Rex. Significamus præsẽtibus literis nostris, quorũ interest vniuersis & singulis. Exhibitas esse nobis Nobiliũ Ioannis & Caspari Gobeliorũ fratrum nomine literas pargamæneas, manu D. Decessoris nostri Stephani Regis subscriptas, & Sigillo maiori Regni pensili cõmunitas, sanas, & integras, nullique penitus suspicioni obnoxias, quibus D. Antecessor noster, inuẽto á fratribus prædictis nouo & inusitato signãdi argenti numũmq; cudẽdorũ artificio, atq; ad id necessaria machina, magno sumptu perfecta, vigore illius priuilegij cauit, ne quis fructũ, qui illis tanquã rei præclaræ inuẽtoribus deberetur eiusdẽ operis imitatione auerteret, neuè ad triginta annorũ decursum quisquã simili præssuræ artificio vteretur sub mulcta quinque milliũ florenorum vngaricalium auri puri. Supplicatũq; nobis esse, vt nos exemplo D. Prædecessoris nostri eorundem fratrum indemnitati pspicere dignaremur, ac rei illorum ingenio & industria inuentæ, atque perfectæ ad publicũ totius Regni nostri cõmodum fructuum etiã ipsos inuẽtores, aliquãto tẽpore præ aliis percipere vellemus, faciendum nobis putaui-

mus, vt eãdem prærogatiuam, à D. Stephano Rege datã nos ipsis cõprobaremus & cõfirmaremus, quẽ admodũ quidẽ cõprobamus, & cõfirmamus præsentibus literis nostris, itá nimirũ vti ab eo tempore ad cõtinuum triginta annorum decursum solis prædictis fratribus eorumq; successoribus ea machina & modo cudẽdæ monetæ, quẽ ipsi adinuenerũt in Regno & dominiis nostris, neq; omnino cuiquam alteri vtẽdi ius & facultas sit. Quod vniuersis & singulis cuiuscunq; status & cõditionis subditis nostris præsentibus literis nostris denũciamus, ac seuerè edicimus ne intra annorum triginta spacium, á data præsentium eiusmodi præssuræ monetariæ instrumẽtum, in Regno & dominijs nostris facere audeant, ac eo quouis modo in vilipendium huius priuilegij nostri vti præsumãt, sub pœna amissionis eiusdẽ instrumẽti, & decem insup millium florenorũ hungaricaliũ, partem fisco, partẽ prędictis fratribus Gobelijs, aut illorum hæredibus, & successoribus irremissibiliter soluẽda. Cuius pœnæ exequutionem eius loci, vbi huius edicti nostri transgressor depræhensus fuerit Magistratui demãdamus. In cuius rei fidẽ præsentes manu nostra subscripsimus, Sigilloq; Regni nostri consignari iussimus. Datum Varsouiæ in Comitiis Gñralibus Regni, die xv. Mensis Aprilis. Anno Domini Millesimo, Quingentesimo Octogesimo nono. Regni nostri anno Secundo.

Sigismundus Rex.

Lauren: Gembiczki.

Skanowanie i opracowanie graficzne na CD-ROM :

ul. Krzemowa 1
62-002 Suchy Las
www.digital-center.pl
biuro@digital-center.pl
tel./fax (0-61) 665 82 72
tel./fax (0-61) 665 82 82

Wszelkie prawa producenta i właściciela zastrzeżone.
Kopiowanie, wypożyczenie, oraz publiczne odtwarzanie w całości lub we fragmentach zabronione.

All rights reserved. Unauthorized copying, reproduction, lending, public performance and broadcasting of the whole or fragments prohibited.